

- bus Ecclesiae. Hortatu S. Alphonsi illius theologiae morali praemisit dissertationem historicam de casuistica; paravit novam editionem theol. mor. Laeroix notisque auxit, similiter P. Thomae Tamburini etc.
- Zambranus, Melch., Hispanus (c. 1604), composuit *aureas decisiones casuum conscientiae*.
- Zech, Fr. Xav., S. J. (1692—1772). Praeter plura opuscula juris canonici praecipue laudatur ejus „*Rigor moderatus . . . circa usuras*“.
- Zenner, Fr. Xav., Canon. Vindobonensis. Ejus „*instructio practica confessorii*“ pluries recusa est; Vindobonae 1857, ed. 6.
- **Zerola, Th., Italus, Episc. Minoric. († 1663), scripsit *praxim Episcoporum et praxim sacramenti poenitentiae*.
- Zitelli, Zephyr., Italus, scripsit *De dispensationibus matrimonialibus*, quibus singula ad valorem spectantia exponit (Romae 1884, iterum 1887), dein *Apparatum juris ecclesiastici*, opus praecipue pro locis missionum summe commendabile (Romae 1886).
- Zumel, Fr., Hispanus, O. de Merc. († circa 1607), scripsit inter alia *commentaria in S. Thom. I. II.; variarum disputationum t. 3.*

Index rerum,

quae in tota hac theologia morali continentur.

Numerus romanus remittit lectorem ad *volumen*, arabicus ad *numerum marginalem*: ubi romanus numerus deest, intelligitur volumen, quod ultimo reperitur adnotatum.

A.

- Ablutio** in baptismo II, 61. 62; — *trina* ex praecepto, sed non ad valorem, necessaria est *ibid.*, quae corporis pars abluenda *ibid.* A. in Missa II, 245.
- Abominatio.** Distingui debet ab odio personae I, 616. 617.
- Abortus.** Quid vocetur I, 840; — Quibus sub limitibus liceat eum arte inducere ad matris vitam salvandam 842 sqq. Ex aliis causis plane illicitus est 846. — Excommunicatio in procurantes abortum II, 970; — quid sit „*procurare*“ *ibid.*; — mater practice non subjacet excommunicationi *ibid.*; — irregularitas latius patet, quam excommunicatio 1015. Abortivi foetus omnino baptizandi sunt, nisi *indubie* constet de morte jam secuta II, 74; — parochi cura circa hoc *ibid.* et 647.
- Abrogatio legis**, quid sit et quot modis fiat I, 175.
- Abrumpere Missam**: non licet per se, ex intentione Missae non perficiendae II, 246. — Quae facienda, si abrumpi debet ex necessitate *ibid.*
- Absolutio a peccatis v. Poenitentiae sacramentum, Forma.**
- Absolutio a censuris v. Censura.**
- Absolutio in indulgentiis** qualis fiat II, 531.
- Absolvere praesumentes** ab excommunicationibus specialiter reservatis ipsi excommunicantur II, 966.
- Abstinentia** in diebus esurialibus: objectum et materia gravis I, 1207; — quae carnes intelligantur 1209; — quoniam a lege abstinentiae excusentur 1208.
- Acaholicus** baptizati per se subjacent legibus Ecclesiae I, 136; — etiam impedimentis matrim. II, 731; — in articulo mortis possintne aliquando absolvi 515; — a catholicorum liturgiis quasi excommunicati non interdicuntur 891. Cf. **Patrini, Haeresis.**
- Acaholicus** nondum baptizati qui moribundi baptizandi II, 77. 78. 82. 84.
- Acceptatio legis** per subditos quo sensu requiratur I, 127.
- Accessio** ut titulus acquirendi dominium quid sit I, 916^a.
- Accusare** in iudicio, quid sit et quomodo distinguatur a denuntiatione I, 811. — Quando fieri possit et debeat 812.
- in sacramento poenitentiae: accusare peccatum ad cautelam, quid sit observandum II, 266. 267. Cf. **Peccatum.**
- Acedia**: ejus conceptus, quo sensu sit peccatum grave I, 740. 251. — Remedia contra illam II, 454.
- Acolythatus**: ejus materia et forma II, 587; officium 584.
- Actualis intentio** I, 4; II, 22; — non requiritur in Sacramentis 24.
- Actus elicitus et imperatus** I, 2; — externus (et internus) 2; — num augeat moralitatem sive bonam sive malam 36; — cur accusari debeat in confessione II, 309.
- internus an praecipui possit ab homine I, 128. 130. 131. 153.
- humanus distinguitur ab *actu hominis* I; — imperfecte humanus 1.
- heroicus humana lege plerumque praecipui nequit 129.
- Adjunctio** ut modus acquirendi sive determinandi dominium I, 916^a.
- Adjuratio**: explicatur quomodo sit actus *religionis* I, 425. — Peccari potest defectu *veritatis, iudicii, justitiae* 426, idque graviter *ibid.* — *Deprecativa* et *imperativa* adjuratio 425. 426. Dae- monis adjuratio debet esse *imperativa* 427; — publica non licita sine auctori-

tate Episcopi 427; — inutilia miscere est peccatum mortale ex genere suo non toto 427; — cautio necessaria *ibid.*

Adoptio: impedimentum matrimonium dirimens, ab Ecclesia ex lege Romana receptum II, 759; — non subsistit in locis, ubi adoptio lege civili *essentialiter* mutata est *ibid.* — Adoptionis impedimentum, quod est ad modum lineae rectae, *perpetuum est*; quod est ad modum lineae transversalis, *temporaneum* 760.

Adoratio presse sumpta soli Deo exhiberi debet I, 337.

— *relativa* quid sit 348 et 349: haec sanctae cruci exhibetur *ibid.*

— *late sumpta* significat etiam duliam erga Sanctos 349.

Adulteratio rerum venalium quando peccatum I, 1112. 1115; — chirograph. vel documentorum 824. — Adulterina librorum editio 905. Cf. **Falsificatio.**

Adulterium: quam malitiam addat ad luxuriam I, 881. — Num desinat illa malitia, altero conjuge in adulterium consentiente *ibid.* — Haec malitia adulterii etiam in peccatis solitariis inveniri potest 881. II, 841.

— ut primaria causa divortii sive pleni, sive denegandi tori consortii 710. 846; — quae probatio requiratur, ut divortii jus oriatur 712; — crimen condonatum, aut ab utroque conjuge commissum jus non dat 712; — quid juris sit, si demum post separationem factam etiam conjux hucusque innocens labatur *ibid.*

— ut impedimentum matrimonii dirimens: si committitur cum promissione vel attentatione matrimonii 767; — cum machinatione mortis 768.

— ut causa restitutionis I, 998.

— in dubia paternitate quando et quae restitutionis obligatio existat 999.

Advena v. Peregrinus.

Advertentia perfecta, quae necessaria sit ad peccatum mortale, explicatur tum positive, tum negative I, 236; — ferri debet in gravem deordinationem cognitam 235, vel in serium dubium 238, non requiritur expressa Dei vel gehennae cogitatio 235.

— imperfecta quibusdam signis et comparationibus dignoscitur 236; existere potest per satis longam moram, antequam evadat perfecta 237. — Cf. **Attentio.**

Advocatus quousque causam dubiam defendendam suscipere possit I, 822 et 823; — fidelitatem clienti suo servare debet *ibid.* num aliquando clientis causam possit prodere 822; — regulae de

taxa servandae, si cliens causam derelinquit *ibid.*

Aedificatio ex re aliena vel in alieno fundo quid juris inferat quoad dominium vel damni compensationem I, 916^a. Aedificare templa haereticorum, aedes francmurariorum 658.

Aegrotus. Aegrotorum cura summopere parochi cordi esse debet II, 644. 647; — a jejuniis excusatur I, 1216; — a Missa 563; — quoad indulgentias quam commutationem accipere possit II, 540. 558; — quoad confessionis integritatem 330. 343.

Aequiprobabilismus I, 77; — ejus propugnatores 78; — quo sensu a S. Alphonso assumptus sit 89. 90. 101; — impugnatur, si sumitur sensu stricto, ut est probabilismo contrarius 96.

Aequivocatio v. Restrictio.

Aes alienum quomodo impediatur ingressum in religionem I, 1039; — quomodo ab ingresso extinguatur *ib.* — Cf. **Debita.**

Aetas. Pro admissione ad sacramentum poenitentiae I, 1203; — pro prima Communionem II, 147; — in articulo mortis debet etiam prius admissio fieri *ibid.* — legitima ad singulos ordines 600.

— Irregularitas ex defectu aetatis 1024; quae cessat ipso tractu temporis *ibid.*

— Defectus aetatis ut impedimentum matrimonii dirimens 748; ab eo non est danda dispensatio sine urgentissima causa *ibid.* — Aetas, si agitur de affinitate ex crimine oriunda 762; — superadulta ut causa canonica pro dispensatione matrim. 801.

Affabilitas, ejus notio et ratio virtutis I, 774.

Affinitas. Ejus radix II, 761. — Alia naturalis, alia ecclesiastica tantum 763. Sola affinitas naturalis eaque primi gradus lineae rectae probabiliter ex jure naturali impedimentum matrimonii dirimens constituit, reliqua affinitas certe ex solo jure positivo 763. — Affinitas ex crimine oriunda quando praesumatur existere 762; — quomodo in petenda dispensatione declarari debeat 809. — A. subsequens privat jure matrimoniali — quo sensu 764 — quae poena ut incurratur, incestus debet esse commissus sponte et cum cognitione poenae *ibid.* — Qui restituere possint jus illud amissum 652. 654.

Aggressor v. Defensio.

Alapa. Unde haec caerimonia in confirmatione ortum sumpserit II, 91. — Non licet eum, qui alapam infligit, fugientem occidere I, 836.

Aleatorius contractus I, 1131 sqq. — Aleatorius ludus v. **Ludus.**

Aliena res v. Possessor.

Alluvio — ut titulus acquirendi domini I, 916^a.

Altare. Requiritur ad celebrandam Missam II, 225. — Ejus ornatus necessarius 227 sqq. — Ejus consecratio et execratio 225. 226. — *Fixum et portatile* vario sensu sumitur 225 *not.*

Altare privilegiatum quid sit et quo sensu intelligatur indulgentia ei inhaerens II, 532, 557; — plerumque Missae applicatio requiritur *ibid.*

Alumni in convictu regularium quoad absolutionem sacrament. II, 396. 398.

Ambitio. Ejus notio I, 706.

Amentes. Perpetuo amentes non licet provocare ad intrinsecus mala I, 135. — Legi humanae non subjacent 136; — capaces sunt juris et domini 755. — Quoad matrimonii usum II, 855. — Quoad baptismum et Communionem cf. *has voces.*

Amphibologia v. Restrictio.

Angustia loci causa dispensationis matr. II, 801.

Animalia. Diversa genera distingui debent quoad dominium in ea acquirendum et retinendum I, 909. — Aliena attrahere vel occidere, quale sit peccatum 912.

Animus. Animi defectus est irregularitas II, 1020.

Apparitor. Ejus munus atque varii modi, quibus facilius committat injustitiam asperius vel clementius agendo, munera extorquendo I, 825.

Appellantes a Papa ad Concilium futurum, severe excommunicantur II, 926; — poena interdicti in eos 994.

Approbatio status religiosi I, 492.

— Confessarii II, 371. Ut a jurisdictione distincta necessaria est pro iis, qui delegata potestate absolvunt 371. 378. — Fieri debet ab Episcopo diocesano loci, in quo confessiones excipiuntur 379 et 380. — Non sufficit praesumpta vel petita, sed debet esse *data* 380. — Ejus *restrictio* qualis fieri possit 381; — ob quas causas *ibid.* et 382. — Sine causa eam restringi vel denegari non licet regularibus 382; — neque toti conventui simul eam auferri, inconsulta S. Sede 382.

Aqua — sub gravi admisceri debet vino in Missa II, 121. 246; — ut materia baptismi v. **Baptismus**; — ejus pro baptismo solemniter consecratio et renovatio 60.

Architectus. Quoad aedificanda templa haereticorum et similia I, 658. — Si in suscepta aedium constructione repererit, se suo damno rem perfecturum esse 1127.

Aspectus. Ex triplici causa aspectus rerum turpium mortale peccatum eva-

dere potest I, 868; — etiam quando sola curiositas impellit *ibid.* Cf. **Luxuria.**

Assecuratio. Quae obligationes ex natura rei in ea existant I, 1131 sqq.; — injustitia unius alteriusque contractuum 1132. 1135; — si tempore exorti damni res non amplius tota existebat 1133. — Modus peragendi restitutionem societati assecurationis debitam 1134.

Asylum v. Immunitas.

Attentio. II, 21. — Qualis ad sacramenti administrationem necessaria 21. — In recitando officio divino quae sit sub gravi praescripta 633 sqq.; — quae in choro et in recitatione cum socio 637; — externa 635; — interna eaque multiplex esse potest 632; — occupationes externae, quae sub gravi interdicanter 635. — Defectu attentionis recitatio nondum necessario desinit esse oratio 634. — Media quaedam ad meliorem attentionem fovendam 636. Cf. **Officium divinum.**

Attritio. Cf. **Dolor.** — Attritio ex metu gehennae quo sensu bona et sufficiens ad absolutionem recipiendam II, 274. 284 sqq. Requiritur omnino in baptismo hominis adulti 73; — qualis fortasse sufficiat 77. 78. — Num detestetur homo per attritionem peccata super omnia 285.

Audacia v. Temeritas.

Audire. Se ipsum audire in recitandis precibus v. **Recitatio.** Cf. **Detractio, Sermones.**

Aurora quoad celebrandam Missam quomodo computetur II, 218. — Tempus aurorae praevertere quando sit materia *gravis* 217.

Autochiria intrinsecus mala est I, 575. Cf. **Occidere.**

Avaritia quid sit et quale peccatum I, 738. — Remedia II, 449.

B.

Banna. Publicanda sunt ante matrimonium in quolibet sponsorum domicilio II, 674; — domicilium juris et facti quomodo sumatur *ibid.* — Publicatio *ter* fieri debet, quo tempore 673; — omissio *unius* vicis materia levis *ibid.* — Dispensatio in iis 676; — aliae causae dispensandi necessariae, aliae gratiosae *ibid.* — Dispensatio, ut banna post matrimonium suppleantur 675; — quae obligatio abstinendi interim ab usu matrimonii *ibid.* — Parochus non dispensare, at aliquando epieikeia uti potest 676.

Baptismus. II, 55 sqq. Conferri debet per se extra casum necessitatis in ec-

clesia 68. Quando domi baptizari liceat *ibid.* — Effectus 56. Habetur *plenior* peccatorum remissio, quam in poenitentia, sed non ita *directe* 56 et 253.

Baptismus. Forma. *Essentialis* 63. Quae mutationes invalidum vel dubium reddant baptismum 63. 64. — Aliquando interest, *qua mente* facta sit corruptio 64. — *Accidentalis* forma diversa in baptismo parvulorum et adultorum 69. Quae formula quando adhibenda *ibid.* — Caerimoniarum laesio quale peccatum 69. Supplendae caerimoniae *ibid.* — *Materia. Remota essentialis* est aqua naturalis 58. 59. — quando sit materia dubia 59. — *Proxima v. Ablutio.* — *Accidentalis* in baptismo solemniter est aqua *consecrata* 60; — in baptismo privato decet (sed non *debet*) adhiberi aquam benedictam 60.

— *Minister.* In necessitate quilibet homo ratione utens 65. — Quis ordo in eligendo ministro servandus et qua obligatione 67. — Extra necessitatem licet soli parochi ejusve delegato baptizare 65; ejus jura 66. Num idem in conditionata repetitione 66.

— *Necessitas.* Summa baptismi necessitas pro parvulis 57: quae solo martyrio suppletur *ibid.* — Quoad adultos suppletur aliquo modo tum martyrio, tum contritione perfecta 55. — *Necessitas absoluta*, ut reliqua sacramenta valide suscipiantur 47. 55.

— *repetitio conditionata* propter dubium de valore facillime adhibenda 19 *not.*

— *Subjectum.* Sintne foetus abortivi baptizandi 74; — proles in utero matris antequam nascatur *ibid.* — Qui usum rationis nunquam adepti sunt, quicumque sunt, in articulo mortis debent baptizari 81. 82. — Homo sensibus destitutus quando debeat vel possit baptizari 78; — infidelis, qui de Ecclesia catholica nihil audivit? 77 et 78. — Filii acatholicorum, si ratione utuntur et petunt baptismum, baptizandi sunt 80; — in dubio usu rationis non sunt absolute remittendi 81; — ante usum rationis certo debent baptizari in articulo mortis 82; — quam late sumi *possit* ille articulus vel illud periculum mortis 82. 84; — extra periculum mortis requiritur consensus parentum aut jus parentum extinctum vel ligatum 82. 83. 86. — Filii catholicorum *mor* baptizari debent 79; — quae dilatio sit peccaminosa pro parentibus *ibid.*; — facilius graviter peccatur, quam homo ratione utens peccat differens suum baptismum 79.

Bellum. Causae bellandi I, 856. — Cum qua probabilitate bellum gerere liceat

854 et 856. — Subditi longe facilius bellum gerere possunt, jubente Superiore 856. — Oblata, sed recusata iusta satisfactione, bellum prosequi evadit illicitum *ibid.* — In modo bellandi quid liceat summo jure, quid ex consuetudine 857. — Obligationes et reparationes ex injusto bello oriundae 858.

Benedictio papalis in mortis articulo quid sit et quo modo intelligatur II, 564; — praescripta ad valorem observanda *ibid.*

— utensilium sacrorum II, 236.

Beneficium ecclesiasticum; — quomodo sit materia simoniae I, 393; — secum fert obligationem impendendi redditus superfluos in usus pios 898 sqq.; recitandi breviarii II, 621; idque sub onere restitutionis 640. 641. — conferri debet *digniori* 972; — ut titulus mensae pro sacr. ordinibus 603; qui si sit deficiens? 989.

— A quocumque beneficio alterum impedire, quando secum ferat obligationem restitutionis I, 973 sq.

Bestialitas. — Ejus specifica malitia I, 879. — An et quando sexus speciem peccati mutet. — Solus tactus per se hanc malitiam non habet *ibid.*

Biblia acatholica possitne adhiberi in juramento I, 406.

Bibliopola possitne libros haereticos exponere et venales habere I, 663.

Bigamia. Quae constituat irregularitatem II, 1025 et 1026. Cf. **Polygamia.**

Binare. Cf. **Missa.** Sine privilegio licet parochi, qui pluribus parochiis praest, quando alius sacerdos non habetur II, 212; — ex judicio Ep., si populus parochiae simul in ecclesiam convenire nequit 212. 213. — Per privilegium licet ex *similibus* causis non plane ita gravibus 214. — Generatim non licet pro secunda Missa stipendium accipere 216, neque obligationem justitiae vel quasi-justitiae illâ Missâ extinguere *ibid.*; extinguere licet obligationem vel decentiam caritatis vel similis causae *ibid. in nota.* — Licet propter extraordinariam incommodam cum secunda Missa conjuncta remunerationem accipere 216.

Blasphemia. Ejus natura I, 365. 368. — Est peccatum irreligiositatis gravissimum 366. — Formali sua ratione minus grave est quam infidelitas 366; at ortum ducere potest ex peccato graviore *ibid.* et 1227. — Triplex species distincta 366. — An differat blasphemia in Deum et Sanctos specie 369. — Non solis verbis committitur 367. — Quid si *jo-cose* dicuntur verba contra Dei Sancto-

rumve honorem 370. — Si *per iram* sacra verba dicuntur 371. — Consuetudo blasphemandi extirpanda quomodo *directe* 373, *indirecte* 372.

Bona. Cf. **Filius-familias, Clericus, Scriptor, Uxor.** Adventitia I, 888; — castrensia et quasi-castrensia 888; — derelicta 916; — dotalia 892; — ecclesiastica et quasi-ecclesiastica 898, 1040 sqq.; — paraphernalia 892; — parcimonialia 898; — patrimonialia 898; — vacantia 916.

Bona ecclesiastica. Canonica civiline lege reguntur? 922. 1162. — Injusta occupatio excommunicatione punitur II, 939. 940. 967. — Si jam injuste occupata sunt, acquiri a tertio quodam facilius possunt ex praesumpta voluntate Ecclesiae bona mobilia quam immobilia I, 1041. — Quid caveri soleat a S. Sede in acquirendis vel acquisitis bonis illis, praesertim immobilibus 1042. — De iis disponere potest, eaque condonare ex gravi causa S. Pontifex 1040. 1043. — Condonationum exempla 1044.

Bona temporalia. Eorum abundantiam curare quo sensu sit obligatio potestatis civilis 590.

Bonitas v. Moralitas.

Bonum melius, quid vocetur I, 435.

Breviarium v. Officium divinum.

C.

Caecus. Irregularitas II, 1023. — Quid caveatur, si ex privilegio ei liceat celebrare 210.

Caerimonia v. Baptismus, Missa, Sacramentalia.

Caesarea operatio seu sectio. Periculosa est vivente matre I, 844 et 849. — An et quando mater ad eam subeundam obligetur *ibid.* II, 75. — Mortua matre utcumque gravida, fieri omnino debet II, 75. — Cautiones adhibendae *ibid.*

Calix pro Missa. Ex qua materia II, 228. — Intus deauratus *ibid.* — Post novam deaurationem denuo consecrari debet *ibid.*

Calumnia v. Detractio.

Campanas pulsare, quo convocantur ad ritum religiosum acatholicorum, num liceat I, 654.

Canonicus. Obligatio circa officium divinum II, 648. — Residentia et causa absentiae 649. — Quando amittat, quando non amittat fructus beneficii, quotidianas distributiones *ibid.* — Canonici Episcopo sunt consilio et adjutorio 648. **Canonis privilegium** II, 650. 944; — non amittitur excommunicatione vel depositione 915; — est etiamnunc latae interpretationis 944. 945.

Cantum dirigere in templo haeretico I, 656.

Capellanus. Parochi munere fungens possitne matrimonio contrahendo assistere? II, 777. — militaris major quasi-ordinaria jurisdictione utitur in milites et facultate delegandi 378, — num necessaria sit approbatio Episcopi diocesanis *ibid.*

Carcer. Ex eo fugere quando liceat I, 819; — eum infringere *ibid.*

Cardinales. Eorum privilegium ad eligendum sibi confessarium II, 380. — non subjacent generalibus suspensionibus vel interdictis, nisi exprimantur 870. — Eorum laesio personalis et hostilis insecutio severa excommunicatione punitur 927; infert irregularitatem 1010, quae in descendentes redundat 1029.

Caritas erga Deum. Est amor benevolentiae et amicitiae I, 314. — Actus illius sunt complacentia, benevolentia, beneficentia *ibid.* — Essentia ejus subsistere potest sine voluntate vitandi peccata venialia, non sine voluntate vitandi mortalia 320. — Distinguitur a religione, gratitudine etc. 318. — Compatitur amorem concupiscentiae, imo ab illa oriri et imperari potest 317. — Quomodo affectus erga Christum ejusque sacram passionem ad caritatem pertineat 319. — Caritatis necessitas sive medii, sive praecepti 321. 322. — Eliciendae difficultas tanta non est II, 152. **Objectum materiale** duplici sensu sumi potest I, 315; — *formale* est quodlibet attributum divinum sive absolutum sive relativum 315. — Utilitas ad securiorem justificationem 320. 323, II, 288. — Peccato quolibet mortali laeditur caritas I, 325; — formale objectum caritatis seu motivum divinae perfectiones atque quaelibet earum est, ut Deo sunt aliquid bonum 315. 318.

— hominis erga seipsum 568. — In qua nostra dignitate fundetur 569. — Obligat hominem ad media vitae humanae digne ducendae 586. — Quo *interno* peccato laedatur 582.

— erga proximum. Ejusdem virtutis generatim est atque caritas in Deum 593; — potest tamen specie distingui *ibid.* — In quos ferri possit et debeat 591. — Obligat ad actus internos 594; — generatim tamen sufficit affectus internus in communi 595; — ex peculiari circumstantia obligatio oriri potest singulos quosdam speciatim diligendi *ibid.* — Obligatio ad actus externae opitulationis 598; — quae ut ex *motivo* caritatis fiat, necesse non est *ibid.* — Ordo caritatis in externa beneficentia desumitur ex diversitate ne-